



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**HORATII TVRSELLINI || ROMANI || E SOCIETATE IESV ||
LAVRETANAE HISTORIAE || LIBRI QVINQVE. ||**

Torsellini, Orazio

Romae, 1597

Cap. 10. Paulus III. Lauratanam Aedem bis inuisit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64112)

*Paulus Tertius Lauretanam Aedem bis inuifit,
Pontificiarum ædium opus orget.*

Cap. X.

INter hæc Paulus Põc Aedis Lauretanæ celebritatē præclaris ab se operibus adornatam sua præfentia cohonestauit, ratus ab se Principibus uiris prædendum exemplum non solum ornandi cunabula Virginis, sed etiam celebrandi. Itaque intra triennium ipse bis Lauretanam Virginē inuifit: semel anno eius seculi XLI, cum disuasor Algerianæ expeditionis ab vrbe Luca, & à congressu Cæsaris per Aemiliam, ac Flaminiam ad Urbem rediret; iterum triennio ferme post, cum Cæsari post Algerianum incommodum, ad Belgicum bellum properanti occurreret Bononiam. Tum enim Pontifex maturata, ut in tempore occurreret, profectio, Pontificiam ditionem obiens uenit Lauretum. Vtroque autem tempore, & immortalē hausit ex Lauretana Aede lætitiā, & præclara B. Virgini dona attulit. Pontificales altarium & sacerdotales vestes aureas, argumenta religionis, ac munificentiae suæ. Cæterum haud mediocre suæ magnificentiae fructum cepit, cum ex cæterorum operum suorum aspectu, tum uero ex magnificentissimi operis, quo sanctissimum sacellum extrinsecus conuestitur, insatiabili specie. Exinde obstantis Fauonio collis æquandi difficultatem cõtēmplatus, ratusque id esse non sumptus tantum, sed etiam laboris infiniti, commodi autem labori minime paris, dixisse fertur, & parcendum esse inani labori; insistendumque utilioribus, uerioribusque sedis Lauretanæ commodis, quæ expectationi hominum responderent. Proinde ab æquando colle ad extruendas Pontificias ædes Principum uirorum hospitio destinatas, curam operamque conuertit. Ergo breui maxima eius ædificij pars absoluta, expolita, q

*Ann. Laur.
Raph. Rier.*

*Pauli III.
Dona.*

*Biblioth.
facellum
A. g. q. d. i. h. e. s.
C. d. i. h. e. s.
C. d. i. h. e. s.
C. d. i. h. e. s.
C. d. i. h. e. s.
C. d. i. h. e. s.
C. d. i. h. e. s.*

instructaque adeo magnifice, vt in ea etiam Reges, ac Pontifices Maximi laute diuersari queant. Ex tribus aediū partibus vna tum perfecta est, quæ ad dextram templi sita ab ortu solis in occasum porrigitur. Eius longitudo centum cubitorum, latitudo viginti quatuor spatium æquat: ad XXV. cubitos summum fastigium peruenit, præter ingentes substructiones æquando ædificio à Septentrione additas. Huic parti adiecta duplex porticus sane regia, quæ arcibus quindecim totidemque ferè ingentibus pilis interiectis longissime exspatiantur superne, inferneque opus iuxta ad aspectum, & ad vsum insigne, atque præclarum.

Aedes Lauretana sacellis pariter, & cœlestibus prodigijs decoratur.

Cap. XI.

Car. Carp.
facellum.

Bisnina. Pri.
facellum.
Archiep. Al
toui facel.
Card. Trid.
facellum.
Card. Aug.
facellum.
Ducis Urb.
facel. exim.

Nondum hæc Lauretani ædificij pars à Pontifice ab-
soluta erat, cum Basilicæ sacella exornari à Principi-
bus viris coepta sunt. Huius rei princeps Rodolphus Pius
Cardinalis Carpenfis fuit, qui vt ante diximus, in Laure-
tanæ Domus tutela Cardinali Contabeno successerat. Is
igitur vere pius Sacellum asseruando, ministrandoque
sanctissimo Christi corpori destinatum egregijs picturis
opere marmorato, inauratoque adornauit. Huius exem-
plum alios deinceps Procere ad æmulandum pietatis de-
cus accendit. Bisniani Princeps S. Annæ, Archiepiscopus
Altouitus B. Virginis Elisabetam visentis, Cardinalis Tri-
dentinus Rosarij, Card. Augustanus S. Ioannis Baptistæ
facella exornarunt, laudatissimorum quæ pictorum, quæ
platarum operibus. Eminent tamen longe inter hos Vr-
binatum Ducis magnificentia, qui facellum suum non so-
lum candido marmore mira arte cælato decorauit, sed
pulcherrimis picturis Barocij, & Zuchari nobilissimorum

picto-